



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

In Via.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Petrus; Quare non possum te sequi modo? animam tuam pro te ponam. Respondit ei Iesus: animam tuam pro me pones? Amen, Amen dico tibi; non cantabit gula, donec ter me neges.

Luc. 22.

8. In iherosolymis. Desiderio desiderati in pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dicitur vobis, qui ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in Regno Dei. Et intellige de manducatione spirituali, per fruitionem, vt in Gloria. Et accepto pane. Et dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter de Calice. Blandas erat in mensa.

In Via.

1. Prædictio scandali, & perturbationis, Huius dicto, exierunt in Montem Oliueti. Tunc dicit illi Iesus: **Matt. 26.** Omnes vos, &c. Petrus: Si oportuerit simul cum tibi, non te negabo. Similiter & omnes dicebant. Et Petro prædicitur negatio. At autem Dominus: Simon, **Luc. 22.** ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum ego autem rogaui pro te, vt non desiciat fides tua: Et in aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Et dixit eis: **Luc. 22.** quando misi vos sine sacculo. & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc, qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquus deputatus est. Et enim ea, quæ sunt de n. e. finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic: At illi dixit ei: Satis est. Hoc dixit tentans eos, quomodo crediderat eius omnia potentiam: Sicut cum dixit ad Philippum, unde erimus panes? ybi subdit Evangelista, hoc autem dicitur tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.

Ioan. 6.

2. In sermone post cœnam exhortari Discipulos, eisque varia virtutum documenta imperantur. 1. Ad fidem. Non turbetur cor vestrum, neque formidetis. **Ioan. 14.** dicit in Deum, & in me credite. 2. Ad spem. In domo Patris

mi mansiones multa sunt. Vado parare vobis locum.
 Ad Charitatem Si diligitis me mandata mea servate.
 Ad pacem. Pacem relinquo vobis; pacem meam do
 non quemadmodum mundus dat, ego do vobis. 5. Ad unio- *Ioan. 15.*
 nem con. Christ.: Manete in me, & ego in vobis. Sicut
 vitis non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit
 in vinea: sic & vos nisi in me maneritis. 6. Ad Chari- *Ioan. 15.*
 tatem fraternam Hoc est praeceptum meum: ut diligam
 invicem, sicut dilexi vos. Maiorem hanc dilectionem
 nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis. 7.
 Ad evadendam injuriam. Si mundus vos odit; Scitote, quia
 odium primum vobis odio habuit. 8. Promissio Paracliti. *Ioan. 15.*
 Quis vobis, ut ego vadam. Si enim non abiero, Para-
 clitus non veniet ad vos. Promissio aeterni gaudii. Tri- *Ioan. 16.*
 buta vestra vertetur in gaudium: & gaudium vestrum
 cum illis à vobis. 10. Promissio exauditionis à Pa- *Ioan. 16.*
 tre. Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vo-
 bis. 11. Oratio pro glorificatione. Pater, venit hora,
 glorifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. Ego te cla-
 rificavi super terram: opus consummaui, quod dedisti mi-
 hi, ut facerem. & nunc clarifica me tu Pater apud te meti-
 psum claritate, quam habui, priusquam mundus esset apud te.
 12. Oratio pro salute Apostolorum. Pater sancte, serva *Ioan. 17.*
 me in nomine tuo, quos dedisti mihi; ut sint unum, sicut &
 tu es. Pro eis ego sanctifico meipsum: ut sint & ipsi sancti-
 ficati in veritate. 13. Oratio pro salute omnium fide-
 lium. Non pro eis rogo tantum: sed & pro eis, qui credituri
 sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut
 tu Pater in me & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint.
 Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint
 unum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mi-
 hi: quia dilexisti me ante constitutionem Mundi.

In Horto.

Primo pro nobis contristatur. 2 In oratione proster-
 nitur. 3. Ab Angelo confortatur. 4. Sudore sanguinis
 persudatur. 5. Osculo traditur. 6. A Discipulis dere-
 linquitur. 7. A Iudæis apprehenditur & ligatur.

In